

Solita elausula, privilegium hoc committentes.

phani, & Laurentii, & Ephisi, cujus corpus in eadem Ecclesia requiescit, in & solemnitate beatę Agathę Virginis, & Martyris; sanę per Pisaniam parochiam, & insulam Corsicanam Crucem ante te & tuos successores deferri, concedimus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Ecclesię justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternę pacis inveniatur. Amen. Amen.

Honorii PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

- EGO HONORIUS Catholice Ecclesię Episcopus.
- Ego Crescentius Sabinensis Episcopus subscripsi.
- Ego Guillelmus Pranensis Episcopus s.
- Ego Episcopus Guido Tiburtinus subsc.
- Ego Bonifacius Card. presb. tit. S. Marci s.
- Ego Gregorius Card. Presb. SS. Apostolorum s.
- Ego Benedictus Presb. Card. tit. Eudoxię s.
- Ego Conradus Presb. Card. tit. Pastoris interfuji, & s.
- Ego Deus-dedit Presbyt. Card. tit. Damasi s.
- Ego Saffo Presb. Card. tit. S. Stephani s.
- Ego Petrus presb. Card. tit. S. Martyris Susanne s.
- Ego Johannes Presb. Card. tit. S. Chrysogoni s.
- Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Callisti s.
- Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Marcelli s.
- Ego Sigito Presb. Card. tit. SS. Marcellini & Petri s.
- Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Sabine s.
- Ego Gerardus Presb. Card. tit. SS. Aquilę & Priscę s.
- Ego Urbertus Presbyter Card. tit. S. Clementis s.
- Ego Gregorius S. Angeli Diaconus Card. s.
- Ego Romanus Diac. Card. S. Marię in Porticu s.
- Ego Ugo Diaconus Card. S. Theodori s.
- Ego Stephanus Diac. Card. S. Marię in Cosmedin s.
- Ego Johannes Diac. Card. S. Nicolai s.
- Ego Angelus Diac. Card. S. Marię in Dominica s.
- Ego Hjacinthus prior. subdiac. sacre Basilicę s.
- Ego Hermannus sacre Basilicę Subdiaconus s.
- Ego Nicolaus sacre Basilicę Subdiac. s.
- Ego Silvius Prior Subdiaconorum de Cruce s.
- Ego Petrus Subdiaconus subsc.
- Ego Caleph. Subdiac. subscripsi.
- Ego Mattheus sacre Basilicę Subdiaconus s.
- Ego Joannes qualicumque Subdiaconus s.
- Ego Bosus Subdiac. sacri Palatii s.
- Ego Gerardus Subdiac.
- Ego Stephanus sacri Palatii Subdiac. s.
- Ego Bonifacius Clericus s.

Datum Laterani per manus Aymerici sanctę Romanę Ecclesię Diaconi Card. & Cancellarii, XII. Kal. Augusti Indiſt. IV. Incarnationis Dominicę an. MCXXVI. Pontificatus autem D. Honorii Papę II. ann. II.

I X.

Monasterium Sponheimense, nuper fundatum in Mogutin. Dioecesi, sub protectione Sedis Apostolicę recipitur; bonaque omnia eidem data confirmantur.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Bernhelmo Abbati Monasterii sancti Martini in Sponheim, Ord. S. Bened. Moguntinensis diocesis, ejusque successoribus regulariter insituendis, in perpetuum.

Ex Chronico Monasterii hujus editi Sammariani inter Instrumenta Ecclesię Mogunt. n.

Religiosis desideriis dignum est facilem præbere conferium. Ea propter, dilecte fili, tuis, fratrumque tuorum justis postulationibus annuentes, præfatum Monasterium, Sponheimense, cui, auctore Deo, præfides, sub Apostolicę Sedis tutela & protectione suscipimus, atque præsentis scripti paginã communiivimus; decernentes & statuens, ut regulatis vita in eodem loco tam noriter instituta secundum regulam S. Benedicti futuris temporibus inviolabiliter conservetur: Nulli etiam facultas sit post factam apud vos professionem sine Abbatis licentia, majoris vel minoris religionis obtentu, ad alium locum transficere: Quod si quis contra hanc prohibitionem nostram quocumque tempore in futurum discesserit, nullus Abbas, aut quilibet audeat eum retinere. Quoties, ubi obeunte, de successore fuerit inter fratres ipsius loci tractandum, nullus inibi qualibet subreptis astutia, seu violentia cuiusvis potestatis, sive ecclesiasticę sive temporalis, intrudatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, de eodem collegio, vel de alio, si quod absit, idoneum inter se non invenerint, duxerint eligendum. Porre altarium consecrationem, christina, Oleum sanctum, benedictionem Abbatum, & ordinarios Monachorum a diocesanis ejusdem parochiæ Archiepiscopo, si quidem gratiam & communionem Apostolicę Sedis habuerit, & si ea gratis & absque pravitate aliqua voluerit exhibere, suscipiatur; alioquin, liceat vobis & posteris vestris, catholicum, quem volueritis, adire Antistitem, & ab eo consecrationes & Sacramenta suscipere: Sepulcrum quoque istius loci liberam esse omnino censimus, ut eorum, qui illic sepeliri desideraverint, nisi forte excommunicati fuerint, devotioni & vultanti nemo obsistat. Possessiones quoque omnes, quas justo titulo possidetis, & in futurum quoruncumque oblatione acquiretis, auctoritate apostolica confirmamus: decernentes, quod nulli omnino hominum liceat præfatum cenobium emere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel quomodolibet ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus perturbare; sed omnia integra vestris & pauperum usus conserventur profutura. Si quis autem in posterum Archiepiscopus, Episcopus, Rex, Dux, vel Comes, vel cuiuslibet ordinis princeps, seu qualibet ecclesiastica secularive persona, hanc constitutionis nostrę paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, & si non subito satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere

Monasterio Sponheimense sub protectione Sedis Apost. recepto.

Ubi regulam S. Benedicti servari statuitur.

Monasticam disciplinam;

Facultas conceditur Abbatem de gremio eligendi.

Ab Archiep. Moguntino tanquam Diocetano, a quo in rebus quibus dependere debet Monast., concedendum.

Bonaque omnia confirmantur, immunitas ab omni molestia futura.

Cum solitis clausulis.

re de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Domini Dei nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternę pacis inveniatur. Amen. Amen.

Datum die 23. Martii anno Domini 1127. Pontificatus anno III.

X.

Damnatio pravę consuetudinis in Britannia exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in Canonicos.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, Alexandro Episcopo, & Clero Leodiensi, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Specileg. Dacher. P. viii. nov. edito pag. 479.

Relatione fratrum vestrorum, ad nos venientium, comperimus hanc in vestra Leodiensi Ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi Canonicus fieri voluerit, oporteat, eum Præposito, & Decano determinatam pecuniam exhibere; & adhuc de investitura Ecclesiarum & Altarium, Archidiaconos & Decanos facere accepimus. Scriptum est in Evangelio, quia Dominus noster vendentes & ementes eiecit de templo; ideoque per præsentia scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatinus tam prava consuetudo de cætero apud vos nullatenus conservetur, sed modis omnibus annihiletur. Quod si quis deinceps præsumserit agere, nos, & tantem & accipientem, jubemus, locum in Ecclesia ulterius non habere. Datum Laterani VII. Idus Novembris.

Cum solitis clausulis.

Honorii PP. subscriptiones.

Datum Laterani per manus Aymerici sanctę Romanę Sedis, & Universalis Curie Cancellarii, pridie Non. Aprilis Indiſtione sexta Incarnationis Dominicę anno MCXXVIII. Pontificatus Domini Honorii Papę IV.

Ex Tom. xii. Concil. col. 1354.

Ab unione membrorum cum capite religionis unitas.

Argentolieg. Monast. fundat per Stephanum Parisiensem Episcopum;

Et Abbat S. Dionysii concessum in Synodo.

XII.

Confirmatio Decreti, editi in Concilio Parisiensi, pro restitutione Argentolienensis Monasterii.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Suggestio, Abbati sancti Dionysii, salutem & apostolicam benedictionem.

Datum die 7. Novembris anno Domini 1128. Pontificatus anno IV.

XI.

Confirmatio bonorum omnium, ad Canonicos Faventinę Ecclesię spectantium.

Ex Archieporandem Canonicorum editi Ughelli Ital. Sac. Tom. II. ubi de Faventinis Episcopia.

Ex ordium.

Decretum confirmationis.

Et immunitas.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Faventinę Ecclesię Canonicis salutem, & apostolicam benedictionem.

Pastoralis Officii nos pia sollicitudo constringit Apostolicę Sedis tutelam postulantis, & protectionis suffragia impertiri. Proinde vestris, dilectissimi in Christo filii Ecclesię Faventinę Canonici, petitionibus annuentes, tam vos ipsos, quam & omnia vestra bona in Beati Petri, & nostram tutelam suscipimus, atque præsentis privilegii paginã communimus; statumus enim, ut bona omnia, que in præsentiarum cuiuspiam largitione personę habetis, vel in futurum quocumque modo, divinis & humanis legibus cognita, poteritis adipisci, firma vobis & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nullus unquam Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Mar-

chio, Comes, Vicecomes, Castaldio, aut alia qualibet magna vel parva, cuiuscumque ordinis aut dignitatis persona, vos, seu omnia, quę habetis, audeat perturbare, aut auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione aut gubernatione concessa sunt, usus profuturi. Si quando autem aliquā prædictarum personarum, vos senseritis occasione qualibet præzavari, tunc vobis liceat Sedem Apostolicam liberę appellare. Si qua igitur ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, officii atque ordinis sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; Qui vero custos, & observator extiterit, apostolicę benedictionis gratiã repleatur, & æternę felicitatis præmio gloriatur. Amen. Amen.

EGO HONORIUS Catholice Ecclesię Episcopus subscripsi. Datum Laterani per manus Aymerici sanctę Romanę Sedis, & Universalis Curie Cancellarii, pridie Non. Aprilis Indiſtione sexta Incarnationis Dominicę anno MCXXVIII. Pontificatus Domini Honorii Papę IV.

Tunc religionis amor, & charitatis unitas in sui status perfectione servabuntur: si quod a membris Ecclesię constituitur, a Capite roboretur. Nos, igitur in Æde beati Petri Apostoli, cui Christus Ecclesiarum omnium contulit principatum, licet indigni, a Domino constituti, unitatem spiritus in vinculo pacis conservare volumus, & que a fratribus nostris constituta sunt, propensiori studio auctoritate apostolica confirmamus.

Venerabilis siquidem frater noster Stephanus Parisiensis Episcopus, sicut ex suarum litterarum inspectione cognovimus, Monasterium Argentolien., in quo, quedam mala, prout dicebatur, vite mulieres vivebant, quod, etiam antiquis Regum præceptis, cognoverat jure Monasterio sancti Dionysii pertinere; in præsentia venerabilium fratrum nostrorum, Matthei Albanensis Episcopi Apostolicę Sedis Legati, Rainaldi Remensis Archiepiscopi, Gaufridi Carnotensis, Gosseni Svelionenensis, Episcoporum; hortatur etiam filii nostri Ludovici illustris & gloriosi Regis Francorum, dilecti in Domino filii Suggesti Abbas, intuitu Religionis, tibi & Monasterio sancti Dionysii, salvo jure Parisiensis Ecclesię, concessit: ita tamen, ut mulieribus in Religionis locis, ubi animas possint salvare, prodeas. Quod ergo pro reformande Religionis amore de præfato Monasterio a prædicto Stephano

Eidem ab Honorio PP. confirmatur

no Parisiensi Episcopo statutum est, auctoritate nostra firmamus, & firmum volumus futuris temporibus permanere.

Dat. die 22. Aprilis anno Domini 1129. (a). Pontif. anno V.

INNOCENTIUS II.

PAPA CLXIV.

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXXX.



Gregorius, natione Romanus, Monachus Cœnobii Lateranensis sanctorum Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, atque Pancratii, itemque Abbas Monasterii sanctorum Nicolai & Primitivi, Ordinis sancti Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum (b): mox Diaconus Cardinalis sancti Angeli, electus est in Romanum Pontificem die 15. Februarii 1130. Sabbato sequenti ordinatus est Presbyter, & in crastino, die scilicet Dominica 23. mensis ejusdem, consecratus est Pontifex. Sedit in Pontificatu ann. xiii. mens. vii.

(a) Hoc enim anno habitum est Concilium Parisiense. (b) Ita legit Baronijs in Archivo Tituli sanctæ Præedix.

dies ix. (a) imperantibus, in Oriente Johanne Comneno, in Occidente Lothario II. hinc Conrado Rege Romanorum. Obiit die 24. (b) Septembris 1143. & sepultus est in Basilica Lateranensi; post septem annos corpus ejus translatum est ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Transtiberim Tit. Callisti. Vacavit Sedes per diem.

Schisma vigesimum sextum in Ecclesia.

Altera ab Innocentii PP. electionis die Petrus, Leonis filius, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, homo peccati, qui super electum a Catholicis Catholicum, & canonicè, locum sanctum invasis armis, igne, pecunia, non vitæ vel virtutum merito: (c) & Anacti Secundi nomen accepit. Consecratus est apud S. Petrum, quo die Innocentius PP. apud S. Mariam Novam consecratur. In Concilio Stampensi a Gallis rejectus, & in Remensi, ac Pisano excommunicatus, tandem post septimum schismatis annum mortuus est die 25. Januarii 1138. Corpus ejus in latebris sepultum est.

Schisma vigesimum septimum in Ecclesia.

Nono anno Pontificatus Domini Innocentii Secundi summi Pontificis, mense Martii primæ Indictionis, anno scilicet 1138. cum Anactus Antipapa mortuus esset, Cardinales, sui consilio accepto, Gregorium Cardinalem Papam sibi, & invasorem constituunt, Victoremque appellant. Sed post duos menses abdicatis a Victore ad Innocentii PP. pedes usurpatis insignibus, reddita Ecclesiæ pax est.

(a) Emortuali excluso. Annos hic Innocentii a die electionis enumeratos præter morem (ut enim sæpius dixi, Pontificis administrationis anni computandi sunt a die consecrationis) si quis admittet, debuisse me Innocentium ipsum sequi adverteat, qui in rescripto inferius ponendo num. vii. quamvis datum sit die 22. Februarii 1132. legitur tamen: Datum etc. viii. Kal. Martii 1132. Pontificatus Innocentii an. iii. & in eo, quo Innocentius PP. Monasterium de Cheminon ab Ordine S. Nicolai de Arroasia ad Cisterciensem translatum, Cœnobio de Tribus Fontibus subdidit, legitur eisdem: Dat. xiii. Kalend. Martii, Indict. Incarnationis Dominice anno MCXXXVII. Pontificatus vero D. Innocentii Pape Secundi anno ix. qui dies 17. Februarii electioni & consecrationi Innocentii interjacet. (b) Hunc diem morti Innocentii assignandum edocet nos Epistola Cælestini II. ejus Successoris, qua Cluniacenses de sua electione certiores facit, & quam nos suo loco referimus. Ita testatur S. Bernardus in Epist. ad Episcopos Aquitanie Num. 126. (c) Hunc diem morti Innocentii assignandum edocet nos Epistola Cælestini II. ejus Successoris, qua Cluniacenses de sua electione certiores facit, & quam nos suo loco referimus. Ita testatur S. Bernardus in Epist. ad Episcopos Aquitanie Num. 126.

Monasteria

Monasteria Congregationis Vallisumbrosæ recipiuntur sub tutela Sedis Apostolicæ, cum aliarum gratiarum, & indultorum confirmatione.

Ex Codd. Vaticanis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Atthoni Vallumbrosano Abbati ejusque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a providore omnium bonorum, Deo commissa est, ut & religiosas diligamus Personas, & beneplacentem Deo Religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si non ex charitatis radice procedens, a puritate Religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum Charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Attho Abbas, rationabilibus postulationibus annuentes, Vallumbrosanum Monasterium, cui Deo auctore præfides, cum omnibus Monasteriis sibi subiectis, sub Apostolica Sedis tutela & protectione suscipimus, & scripti paginæ nostræ communimus: statuentes, ut omnis immunitas omnis libertas, quæ a Prædecessoribus nostris felicis memoriæ Victore, Gregorio Septimo, Urbano, & Paschale, Romanis Pontificibus, præfato Monasterio concessa est, futuris perpetuis temporibus firma tibi tuisque successoribus, ac Vallumbrosanæ Congregationi, illibataque permaneant. Sane nulli hominum liceat, Conversos aut Monachos jamdicti Monasterii, seu etiam totius Congregationis, ausu temerario capere, vel captos retinere, seu aliquibus fatigationibus infestare. Porro fructuum vestrorum decimas, quas ubilibet propriis sumptibus laboribusque colitis, absque Episcoporum contradictione, vel episcopali Ministrorum, vel plebanorum, Xenodochio vestro reddendas, possidendasque sancimus. Liceat vobis; etiam Clericos, e sæculo fugientes, seu laicos ad conversionem absque cuiuslibet contradictione suscipere, & qui se devoverint in vestro Cimiterio sepelire; & tam ipsorum, quam ceterorum fidelium oblationes sine aliarum Ecclesiarum prejudicio recipere. Adjicimus quoque, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, jam dictum Monasterium justè & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, quietam vobis & integram conserventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, idem Monasterium temerè perturbare, aut ei subditas Ecclesias, vel possessiones auferre, minuire seu temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem

Privilegium, de quo in rubrica.

Immunitatem privilegia confirmantur.

Et omnimoda Monachorum tranquillitas stabilitur.

Atque conceduntur.

Bona omnia eidem confirmantur.

Perpetua securitate, & quiete fruuntur.

Sub solis clausulis.

Bull. Rom. Tom. II.

loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii anno Incarnationis Dominicæ Millesimo centesimo trigesimo, Indictione octava, Pontificatus vero Domini Innocentii Pape Secundi anno primo.

I I.

Confirmatio bonorum omnium & privilegiorum Cuxanensis Monasterii.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Gregorio Abbati Monasterii sancti Michaelis Cuxianensis, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propostum, & animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecte in Christo fili Gregori Abbas beati Michaelis Archangeli, Monasterium, cui disponente Domino præfides, sub Apostolica Sedis protectione suscipimus, & scripti nostri paginæ roboramus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona præfatum Monasterium in presentiarum justè & legitime possidet, aut in futurum rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis nominibus duximus annotanda, videlicet alodium, quod in circuitu est ejusdem Monasterii, cum pertinentiis suis, alodium Tauriniani, Ecclesiam sancti Fructuosi cum pertinentiis suis, ac decimas Ecclesiæ de Allone. Quicquid præterea concessione Prædecessorum nostrorum Sergii, Agapiti, & Johannis, Romanorum Pontificum, vestro Monasterio collatum est, tibi tuisque successoribus confirmamus. Obeunte vero te, ejusdem loci Abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam præponatur; sed quem fratres communi assensu, aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Idem vero Abbas ire ad synodum ipsius loci Episcopi minime compellatur. Si quis vero peccitens, a liminibus exclusus Ecclesiæ, illuc confugerit, quando ibi fuerit, licentiam habeat Ecclesiam introcundi, & omne divinum officium audiendi. Ipsum autem Monasterium, vel eidem Ecclesiis pertinentes, vel Abbatem, nullus Episcopus excommunicare præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omni modis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate

Dat. anno Domini 1130. Pontif. 11.

Ex Chartulario Monasterii hujus edito Baluzius in Appendice Martii Hist. pag. num. 380.

Procurium.

Monast. sub tutela recipitur.

Ejusque bona omnia confirmantur.

Et privilegia eidem a summis Pontificibus concessa.

Abbas a Monachis eligendus.

Nonnulla conceduntur privilegia.

Decretum. immunitatis.

Solis clausule.

C c 2